BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1120

M.S.L. 111, 22

Sanctus Ioseph Puer Iesus Dei filius et Maria Virgo Deipari
Omnipotens sacro conducit Pneumate Christum
Dum Matri Puer est subditus atque Patri

EGIUM LUDOVICI MAGNI
BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITE DE FRANCE

Argumentum Aduersariarum declamationum Aiacis et Vlyssis

Grauius est inter duos amicos quam inimicos iudicare dicebat Bias quare cum Achille Paridis sagitta interempto magna inter Aiacem et Vlyssem contentio orta esset, uter nimirum ipsorum armis Achillis dignior videretur Agamemnon graecorum moderator prudentissimus omnem odij causam deprecatus totum illud contentionis iudicium ad principes graecorum reiecit, ut pro utriusque virtute ac meritis arma adiudicarent.

Clipei Septemplicis Dominus

Aiacis Theripsrasia est cui clipeum septemplicem siue septem pellibus firmatum assignat quem graeci ἑπταβόειον vocant obducebat enim clipei laminas et pellibus ne aduersus plurimam corrumperentur vnde et scuti nomen venit παρὰ τοῦ σκύτους id est ex corio. Corium vero illud quo exterior clipeorum superficies tegebatur vitali aut bouinis erat vnde canit Statius q. pellibus bouinis clipeorum materia

Graues clypeos aerisque virtute Juuenis

Agimua Pros
Jupiter

Corditur Aiax Orationem Suam ac indignationes pro natura miciturum et ex personae Viroro fiwera enim isti solum cornis ingenia qui martem et arma sequuntur.

Tutius Est Igitur

Ironia Est Seu Irrisio Sua vel ipsius ignaviam vocatur cui tantum vires lingua erat.

Nec Memorata Tamen

Prolepsia Est Ad vitandam arrogantiam quae saepissime odiosa est. Nihil Enim Est Quod Magia Minuat Laudis praeconium Suam Suoa Assidue Jactare successus et Singulis diebus anni reddere ...

Inquit ... Maximos

Praemia Magna

Laus sua propria ... sordescit

Armorum Reseillio Praestantia ac dignitatem magnae ... ipsorum assecutione ignavum vel ... indignum iudicibus reddat.

Praemium virtutis fructus

Hic vero arma iure praemia vocari. praemia
enim dicuntur quae in ludis proponuntur iis
qui se strenue gesserint aut victores evaserint
nam et Ciceroni decoratur honoribus
praemijs atque splendore vera Iustitia
et honestus labor

Aemulus Aiacis

Agit hic Aiax fortissimus quid propriè aemulatio
quod in bellicis rebus in certamine haberet et quomodo ab
adversarium eo enim maior esset sua victoria imitatione differat
quo cum maiori labore paratur dicitur autem
aemulus eiusdem rei studiosus et sectator at quia
saepe ex aemulatione nascitur invidia, aemulus
aliquando pro invido usurpatur. aemulatio autem
proprie est inter pares, imitatio vero inter
impares

Nobilitate gotina

Commendat se Aiax a genere genus Aiacis
nobilitate, filius enim fuit Telamonis de
priore coniuge qui profectus olim fuit cum
Argonautis ad rapiendum vellus aureum, et qui
primus sub Hercule fortissimo troiana moenia
conscendit.

Aeacus, huic datus est

unde natus Telamon

Aeacus Mortuorum Judex Ex
Agina asopi filia et Jove natus ex Endeide
Chironis filia Telamonem et Peleum procreavit
~~His~~ silentibus autem ~~hoc in~~ iura dare dicitur quod
umbris seu mortuis praesit qui silentes dicuntur
quod Loqui nequeant

Ubi aeoliden
Saxum.

Insevit In serie sui Commend-
ationis aiax Ulyssis familiae Ignobilitatem
ut hoc nomine in odium et invidiam Judicum
eum adducat

Frater Erat Fraterna
peto

Argumento a Coniugatis

probat Achillis arma iure sua esse et merito
ab ipso repeti nimirum ob sanguinis affinitatem.
Quia Achilles et aiax patrueles erant
id est ansanis de duix fratrib.

Quid Sanguine
Cretus Sisipsio

Peragit Aiax In Odium Ulissis

supplicium furti in Sisipho

Sic invidiam movere a generis sui ignobilitate
et parentis ignominia. natus est enim Ulysses
a patre ~~Laerte~~ et Anticlea matre quae a
Sisipho parente originem acceperat quem a stutissimum
omnium mortalium et furacissimum fuisse memorant
unde et id supplicium apud inferos sustinere re-
fundo saxum quoddam pergrande supra montem deferre
quod ubi ad montis verticem accesserit sua sponte
revolvebatur ad radices montis, neque illa vi
retineri poterat.

Inscitia Caedia

Criminosa Agit In Ulissem

qui a sanguine et genere caedarum longe seiunctus
bona sua arma a consiliis postulat ac nomen
suum in gentem alienam inserere quod gravissimum
crimen et a solo dignum supplicio priscis romanis
credebatur et tostatus Valerius maximus libri
noni capite decimo sexto.

Optima Nunc Euat

Conclusio est Argumentatiōis per acclamationem ironicam qua vocando ariam Ulissem Rosellios arma sumere bella in castris qui nulla pro patria domi suscipere volunt

Atque utinam aut
verus furor
ille

Argumentum est ex rebus assertis sat ex fraudibus et dolis quibus usus est Ulysses in Philoctetem ducem fortissimum quem in Lemno insula deseruit.

Furor Fictua

exemplum ignavia in Ulysse

Ulisses Penelopiae suae studio et amore flagrans ne cum caeteris Graecis ad Troianam expeditionem cogeretur se insanum esse simulavit quare junctis duobus inter se duobus longe diversis animalibus litus arato proscindens coepit et salem pro seminibus spargens —

Et Palamedes ipsius astutiam ut detegeret, Telemachum Ulissis filium infantem ante aratrum in sulco deposuit, quem ne laederet Ulysses aratrum sublevavit et animalia retinuit, sicque ipsius astutia palam patuit.

Hortator Scelerum

Similis est locus Virgilij posita Ulyssis sexto Aeneidos ubi Ulysses dicitur.
Hortator scelerum Aeolides.
Quem Horatius ode sexta libri primi duplicem vocat, et Virgilius secundo Aeneidos fallacem, Sophocles vero οργανου απαδου χακου id est organum omnium malorum, et αλιμα στετων id est pestem exercitus.

Qui nunc sit Memorant

Philoctetes Poeantis et Demonassae Philoctetis mors filius dono ab Herculo moriente sagittas accepit. quas cum troiani belli excidio fatales esse ab oraculo Graeci accepissent Ulissem et Diomedem ad ipsum miserunt ~~a~~ quem ~~cum~~ sagittis infectatis omni humano remedio destitutum in Lemno insula-

relinquerunt cum Atreum odorem ex ipsius vulnere
fieri non possent quare hoc tum loco
ingratitudinis nomine Ulyssem Ajax condemnat

Saxa Moveo
Tertiu

Hyperbole Est Ubi Ad Mendaciam ficta locutio sic Cicero dixit Relinquendo M. Brutum ex Italia abeuntem et littora et saxa flevisse

Iuratua

Graeci Ante Suam Navem solverunt coniurarunt tum audito de Helenae raptum hoc enim nam dolor ille a Tindaro duos filias Agamemnonem et Menelaum tenebat

Suo Successori
Sagitte

Hypallage Est Qua fit quando Unum pro activo subijcitur, ~~aut cum pro~~ ut apud Virgilium Austro ancoras dare.

Dare classibus austros pro dare classis austris.

Vellet et infelix
Palamedes esse
Relictus

Alius est calumnia accus(atus) in Ulyssem cuius fraude periit Palamedes Nauplii filius. postquam enim Ulysses a Palamede ad militiam detecto ipsius furore ficto coactus fuit, in dies Palamedis necem molitabatur. tandem inito consilio ad Agamemnonem militem misit qui Palamedem proditionis nominis accusarat; subinde Ulysses nocte epistolam cum magno auri pondere vel per alij solum in Palamedis tabernaculo obruit in qua scriptum erat a Priamo per dona Palamedi missa esse pro proditionem suorum promissam citissime confirmari; quo facto Palamedes deprehenditur et ab exercitu ruinoso innocens lapidibus obruitur.

innocentia Palamedis
fraudulenti Ulyssis
dolo obruitur

animadversio in desertorem

Haud tamen
Effecit

Testium est proditionis argumentum quo Regem Lysiam in odium adduxit, qui nimirum in maximo belli discrimine Nestorem socium ipsius apertum imperatorem deseruit quod magnum crimen a gravi poena mulctandum est ut nos docet Dionisius Halicarnasseus libro undecimo. Lex dedit ducibus facultatem interficiendi eos qui non obediunt aut signa deserunt indicta causa.

Vincat Nestora
Eloquio

Nestorius eloquentia pro suavi eloquentia usurpatur.

Tanta fuit Nestoria eloquentia ut si quando similem suavi eloquentiam significamus Nestoream eloquentiam proverbialiter dicamus cui omnibus mollitiam facundiam atque in sov-

Credules nectar camoenam infudisse fingit
unde a ex ipsius ore melle dulcior oratio
fluere dicebatur.

Respiciunt Oculia
Superi Mortalia
Justia

Veteres Theologi scriptis
produnt Justitiam e medio solio throno pro
cuncta propagari, omniaque velut sol ipse
omnium moderator dirigere: Justitiae enim divinae
oculus perspicacissimus est atque omnia circum
quaque speculatur. Unde natum est proverbium
τεου αλκιμων ομμα id est oculus dei fortissimus

En Eget Auxilio

Illud desumpsit Ovidius
ex Iliados undecima ubi repraesentatur Ulysses
accepto a Troiano vulnere quanta potest voce
contentione socios ad auxilium evocans. Cui subito
accurrunt Menelaus et Ajax, eumque a discrimine

Ulysses a periculo ab Aiace defensit.

Vi Hecastar Cutare

Exprobrat beneficium suū
Aiax Ulissi et agre fert quod tam Ingratū
et vecordem dominem a mortis vinculo liberarit
cum enim Ulysses socium Diomedi filium Antiof
misisset, Troianorum turba in illum sic impetū
fecit, ut a se retro ferro, et suorum auxiliū
implorare sit coactus, cum iam socii salsa
fuisset vulneratus: Aiax igitur a Menelao
admonitus scuto Ulyssem ab impetu hostium
intrepide protexit

Hector adest

Argumentum est ab Aiacis
virtute, Qui tempore Hectoris impetum
sustinuit, Qui ad inflammandas naves venerant
ut dignior videatur Aiax Armis Achillis
quam Ulysses, qui Hectore veniente fugit ~~dedit~~

Dicitur autem Hector satum divum fuisse quia Jovis filium se praedicabat

Hunc ego fudi

Cum Hector hastam in-

Aiacem contorsisset neque eum vulnerasset, Aiax ipse sublato magno saxo pectus illius ita percussit ut cum ingenti armorum strepitu in terram cecidit

Quantem

Triumphus qui summus

honor romanis fuit duplex erat, unus maior alter minor qui et ovatio dicebatur. quam plut- archus in Marcello ab ovis deductam putat, quam qui se genere triumphi donabatur sacrificabat: quemadmodum qui triumphum maiorem agebat taurum in capitolium victimas immolabat. Ergo differt triumphus ab ovatione: in ea enim victor nec curru vectus nec trabeam, nec togam pictam indutus pedibus urbem praecurrunto.

exercitu myrthea corona redimitus, tibiis modulantibus Tubarum ex quatrio donabatur tantum cum bella non rite fuissent indicta, neque cum justo hoste gesta, incruentaque victoria fuisset.

Hunc Ego Hortantem

Cum Hector Heleni Vatis

exortatione graecos omnes ad certamen singulare provocasset, novem graecorum fortissimi Nestoris exhortatione excitati sunt sortiti quis ipsorum cum Hectore certaminis aleam experiretur tandem sorte pugnavit Aiax et aequali victoria a pugna discessit.

Ecce ferunt
Troës

Argumentum est ab effectis

quo Horatius facta sua exaequat atque et se graecorum navium vindicem gloriatur, et jure sibi Achillis arma deberi probet. Dicuntur autem

troiae Jovem fore, eo quod ad certamen
illud Jovis monitu incitarentur. nam cum
Jupiter e somno quo dolo Junonis sopitus
fuerat expergefactus fuisset, apollinem misit
qui troianos contra graecos restitueret illosque
in fugam verteret. Quo facto troiani ad
naves usque graecos insecuti sunt, eisdemque
flammas inicerunt.

Quod si vera
Licet

Conclusio est cum Per
iatione et ostentatione de rebus suis gestis
probatque Riace non sibi arma sed Riacem
armis honori fore: ubi enim locum et non
locus virum honestat.

Consequentia
Itacua

Argumentum est a Rebus

gestis Ulyssis quas de nullius pretij damnat

Rapta Cum Pallade

Palladium intelligit seu sacram palladis effigiem quae in arce ~~effigies~~ troiae velut fatalis signum asservabatur. Palladem sive raptam dixit quod Pallas sit Virgo. proprie autem rapi dicuntur Virgines sive profanae sint sive religiosae

Et Furtiva Incautu decipit Hostem

Ignavia arguitur Ulysses qui fraudibus ac dolis hostes adoritur. Unde dicebat Tacitus libro secundo annalium Veri militia est non fraude neque occulta sed palam hostes suos ulcisci.

Ipse Nittor
Galea

Argumentum est Re-
adimentio quo timorem et ignaviam Lyssio
arguit, qui dum nocte ad obeunda gesta sua
procedit armorum splendore dignoscitur

Galea et Cassia

Distinguit Isidorus Galleam a | Distinctio Galeae a cassido
cassido quod cassis sit de lamina aut ferro:
Galea vero ex corio, sendo a πυτιο γαλεις
dicta est id est a fele aut mustella -
Prisci etenim Arguminia corporis ferme omnia
a feris captabant imo a ferinas exuvias -
sumebant et sic aptabant ut caput capite -
velarent, et ceteris partibus sumebant dorsum.
ba de auentino italo scripsit Virgilius -
Septimo aucidos

Peliaca Onerosa

Achillea hasta propter immensitatem molem suam hastam tractare potuerit Ovidius ea Ulyssem indignum facit, quod eam ne movere quidem posset. Haec autem hasta Peliaca dicta fuit triplici de causa vel a παρα τω παλλειν id est vibrando, vel a Pelio monte ex quo decerpta fuerat, vel a Peleo Achillis patre cui dono data fuerat.

Adde quod iste

Tuum tam

Raro

Argumentum est quo Ulyssi suam ignaviam objicit qui imbellior omnemque proeliorum aciem fugiens nouum nullisque plagis pectus suum liberum gestabat

Finis Orationis Aiacis

1617

Vulgique Secutum
Vltima Murm
ur Erat

Acclamatio seu Murmur assensionis signum est in hominum frequentia; et in corona militis armorum fremitu et sono vocis admurmurabant dicentibus, ut testatur Virgilius primo Aeneidos
— — — — — omnes uno ore fremebat

Custusit Occulos

Maxime in Oratore Commendat pudor, qui antequam incipiat aliquantulum meditatur secum et cogitat, ut hoc pacto auditores ad audiendum alliciat; sic Homerus de Ulysse faciundo Ilissimo ait stetisse fixis occulis; et dido apud Virgilium primo Aeneidos ad Aeneam
vultum demissa profatur

Nec abest facundia
Gratia dictis
Aptissimam dictorum Pronuntiatione

orationis animam vim ac virtutem esse dicebat —
Cicero eloquentia enim gratiae expers non valde
est persuadendum valet. qua ratione factum est
ut gratissimam et eandem artem mercurio eloquentiae
principi et gratiis communem fecerint.

Si mea cum vestris
valuissent vota
Pelasgi.

R Ex Praescriptis Optimis

oratoriis Reguli atque ex persona dicere —
Ulyssi eloquentissimo artificiosam dicendi vim —
ingeniosus vates assignat. qua primum invidiam
et inverecundiam sibi conciliat, deinde iudicans —
Achillis mortem sibi molestissimam fuisse eos in
misericordiam adducit: orditur suo a suo et communi
gravorum pro firma Achillis valetudine voto. —
ubi notandum erat pro incolumitate principis
vota communia fieri solita. sic veteri more
post calendas Ianuarias die tertio pro Romano
principe vota fieri solemnia a statuto die sibi

Quinquagesimo nono.

Hæres

Ab Hærendo Hæres.

dicitur quod qui haeres est proximus sit illi cuius est haeres quidam tamen voluere haeredem dictum quod dominus fiat bonorum quae ad eum veniunt, sive quod ab haero deducitur nam ut testatur Festus haerus apud antiquos pro domino usurpabatur.

Huic Modo Se parat
Quod ut est hebes
Esse videtur.

Elegantissima est prolepsis ex contrarijs qua Achillis arma Iuro sibi deberi ostendit, quod dicendi vi ac eloquentia qua longe ~~adam~~ Aiaci adversario suo praestabat plurimum gravius profuerit. Aiax vero saber dicitur quod cum militaribus artibus fuisset a teneris unguiculis addictissimus artes liberales

fuwit aspernatur quibus rudo et incultum expositum ingenium. habes autem dicitur obtusi ingenio seu qui caret ingenij acie

Nam Genua et Proauos

Vera et firma est illius gloriae possessio quae propria virtute ac industria parta venit et nobilitas sola est atque unica virtus quare volebat Quintilianus bona fortunae et generis claritas nos pones nos esse. quia inquiebat sortimur genus nos eligimus nec enim nos id est antequam nati fuimus nostri arbitrij sumus

Cognationis et Affinitatis descriptio

Generis coniunctio duplici ratione fit scilicet natura aut cognatione et casu seu affinitate aut matrimonio.

Cognationis est sic ordo.

{ Atauus Lepere grand du bisaieul
{ Proauus bizaieul
{ auus ayeul

auia mere grand
patris et matris

patruus patris frater
Auunculus matris frater
matertera matris soror
fratris soror
frater uterinus frere de mere
cognati siue fratres patrueles cousains
germains
Consobrini a duabus sororibus geniti
Nepos e filio filiorum natus.
Neptis niepce
pronepos nepotis filius

Affinitatis ordo sic est

Affinis affins par mariage.
Consoceri dicis beaux peres
Socer uxoris pater vel beau pere
Socrus uxoris mater vel belle mere
Gener filiae maritus gendre
Nurus filij uxor vel bru
Leuir mariti frater vel beau frere
Glos mariti soror vel belle ~~mere~~ soeur.

Fratria fratris uxor belle soeur
Janitrices duorum fratrum uxores les deux femmes de deux freres.
Privignus mariti uxoris suae filius cuius prior coniux e vita excessit beau filz
Privigna belle fille.

Nam mihi Laertes Pater est.

Genealogiam seu generis descriptionem artificiose contexit Ulysses prudentissimus qua non satis at Ajax origine se a diis suspensa gloriatur. hic autem Ulysses in Ithaca parentibus Laerte et Anticlea natus est.

Neque enim quisquam

Tangit ignominiae parricidii notam qua Ajacis genitor damnatus est. Phocum autem cum Telamone frater [illegible] fratrem disco interfecisse dicitur atque ob id ab Aiaco patre in exilium actum.

Est Quoque Pro Matrem.

Ex Anticlea natus est.

Ulysses quae Autolici fuit filia, sic autem ex Mercurio natus est. Notandum praeterea est Iure gentium duplicem esse nobilitatem videlicet paternam et maternam. paterna tamen materna multo maior est. Imo et Iure civili Romanorum liberis a matre nulla contigit nobilitas: et mulieris ipsa nobilitas a viro proficiscitur.

Decus est in utroque Parente

Refert Pierius Libro secundo hieroglificorum pileatum Ulyssis caput fuisse solitum quod magna pileus ab utroque parente illi nobilitas obtigisset. Pileus enim apud graecos nobilitatis signum fuit.

Aut si proximitas

Cetamen Illud de Fabricius

Rusillus spolia ortum virtutis erat et fortitudinis non autem generis proximitatis quare caute ac prudenter illis virtutis vel proximitatis gratia aut iure affinitatis Iam amicis Rusillus defuerat patrem generum ac quatuor pyrrhum proximum velut Sardus proponit Ubi certum fuerit familias superstes est Ubi cognatus locus non est

Ergo Quorum

Conclusio Est Superioris

argumentationis qua habetur Rusillus arma non Rationis generis aut propter maiorum nobilitatem illo cuiquam ad iudicanda sed virtuti tantum aut duci qui maioribus in Rempublicam meritis esset illustratus

Gratia venturi

Thetia Nerei filia et Achillis

mater cum carissimum filium suum in expeditione
belli troiani extinctum fore ab oraculo accepisset
illum ex antro Chironis (cui erudiendum commisserat)
summo sopitum mutato habitu in insulam Scyron
ad Lycomedem regem transtulit ubi nomine Achillis
in pirram mutato quoniam flavis esset capillis
diligentissime inter virgines filias asservabatur
Cum autem Achilli hanc belli expeditionem irritam fore
absque Achillis auspitijs auxilioque ab oraculo
accepissent ad Regem Lycomedem miserunt qui
rogarent ut eum adiutorium danais mitteret quem
cum negaret apud se esse Ulysses fraudis ac
doli ingeniosus artifex facultate a Lycomede
accepta munera feminea Regio vestibulo posuit
in quibus clypeum et hastam inseruit in
quem cum Achilles manum conieciesset deprehensus

fuit et ad bellum adductus dicunt tamen ab Ulysse tuba cecinisse armorumque strepitum et clamorem edidisse et Achillem tunc hostem adesse arbitrantem vestem muliebrem dilaniasse, atque clypeum et hastam arripuisse. Quam de re praeclare idem Ovidius libro primo de arte.

Turpe nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles
Veste virum longa dissimulatus erat.

Heroa

Heroa dicti sunt a veteribus viri in quavis arte atque scientia praestantissimi απο του ερωτος της αρετης id est ab amore virtutis vel απο των αερος id est ab aere quod post mortem nubibus involuti a Jove hominibus praepositi dicebantur.

Iniicere Manum

Metaphora est sumpta ex Iure Civili in quo creditores facultatem habent manum iniiciendi debitoribus et obaeratis. In Achillem

vero manus Injicitur quod ab bellum proficisci recusaret
ad quod patriae officium studiumque cogebat.

Ergo Opera Illius
Mea sunt

Omnium Achillis praeclare
gestorum palmam sibi vendicat Ulysses quod ad
bellum suo consilio et Industria Achillem adduxerat
Nam ex Regulis iuris constat quod qui per alium
facit per se ipsum facere videatur.

Ego Telephon hasta

Telephus Herculis et Augae
Alei filiae regis Arcadiae filius Mysiorum Rex
cum In terras suas graecis aditum armis recusaret
ab Achille hasta vulneratus est qua postea
sanatus fuit testante eodem Ovidio Libro 1o de remedio

Vulnus Achilleo quae quondam fecerat hosti
Vulneris Auxilium pelias hasta tulit

Illud vero a poetis fictum quod fieri rubigine [illegible] sed cuius
vis est ligare siccare et constringere ut docet plinius lib. 34.

Quod Theba Cecidere.

Refert homerus undecim urbes achilles devinctas quas sequitur ovidius aliquas hic recenset.

Thebae in patria andromachae sitae quas achilles diripuit ubi et patrem andromachae occidit et ipsam coniugem. Libro sexto illiados.

Lesbos insula est clara alcaei et sapphus carminibus quae prodita achilli fuit a puella quadam psicidice nomine quae illius amore flagrabat.

Chrysa et scilla urbes troadis propter famem quas expugnavit achilles quod pro traianis sentirent.

Syros urbs quadam regionis phrygiae ex qua diomedem mulierem achilles arripuit.

Lyrnessus urbs fuit troadis unde brisaidam rapuit achilles.

Dolor unius

Secundum Naevium est Ulysses quo achilles arma sibi in aiacem dubere [illegible]

Ubi tangit primam belli troiani originem quod quidem graeci susceperunt ob raptam a Paride Helenam menelao illatam iniuriam vindicaturi.

Expectata die Nulla

Tangit Occasionem Cur

Immolata fuerit Ifigenia Agamemnonis et Clitemnestrae filia: Quia nulli tunc venti aut contrarij navibus in portu adsistentibus adspirarent. Qua de re consulto oraculo Respondit Calcas vates nullos ventos saltem secundos a dijs expectandos nisi prius Agamemnon Rex Ifigeniam filiam suam dianae immolavisset quam intemperatione Cervae cuiusdam sibi consecratae offenderat. quod cum efficere recusaret agamemnon tandem Ulyssis oratione facundissima victus a paribus partibus deferri, ut patriae suorumque saluti consuleret

Varia Diana

Dianam Variam pro Irata

dixit seu inimicam: Qui enim ira extra se feri sinunt saepe in ferocitatem degenerant. Diana vero Agamemnoni ob Interfectam Cervam esse dicitur. Haec enim Dea Venatrix est a venatione gaudet unde et dictina vocata est a Retibus nam δίκτυον graecè Rete est. a cuius imagini semper arcus adsidui solitus fuit; huic autem Inter animalia a feras cervas sacratas dicebantur unde et currum ipsius aureum a cervabus candidis tractum finxit Callimachus

Dirae Sortes

Sortes dicuntur Oracula

seu responsa aut singraphae in quibus inscripta responsa continebantur. vel ut alij volunt sortes dicuntur tessellae quaedam aut taleolae ligneae quibus sortitio fit aut quod ad sortem pertinet

Duo

Duo enim fuerunt oraculorum genera veteribus
unum quod a furentibus a numine velut a
flatis profundebatur: Alterum vero quod aequalis
ac paribus sortibus e cistella vel urna educebatur.

Non equidem

To duplici Quo

In Agamemnone requirebatur persona duplex
etiam, eaque diversa voluntas fuit; in persona
regis severitatem ostentabat, sed cum parentis
naturam induebat, omni severitatis luce deposito
lenitatem amplexabatur. atque in hac diversa
animorum agitatione orationis felicius videbis eum:
sibi gravem cum utilitatem publicam privatae
ante posuit: nam ut legitur libro tertio de
legibus: salus populi suprema lex
esto.

Mittor est ad

Aliud argumentum est quo Bar
arma sibi deberi ostendit quia clitemnes-
tra matri persuasit ut filiam traderet
quam non tam rationibus quam arte et dolo
deminuendam ipso vere Baricase cum. in
valde contumax huiusmodi mulierum genus
a ut refert democritus ad astutias et
malignitatem promptissimum. Clitemnestrae vero
Ulysses Ithacum Achilli se coniugium dari ...
mentitur qui alio pacto ad bellum troianum ...
proficisci nollet nisi uxore accepta agamemnonis
filia. Mittor est Ajaces

Tertium est Ulyssea -

meritum desumptum a legatione quam cum
menelao ad troianos obiit scribit enim -
homerus antiquissimus sapientiae antistes
una cum menelao ad helenam repetendam Ulysses

oratorem ad priamum a graecis missum fuisse.

Manus Nefãdas

Qui Pulsat Legatum hostiū

contra ius gentium facit Ut sabitur Jus legib⁹ unde nefandae manus dicuntur seu impiae quae Legatum violant

Longa Referre

Procisio Est Oratoria Sua

Ulysses omnia praeclare gesta sua enumerare pergit. ubi duas in duas maximas ministrias virtutes tangit: fortitudinem et prudentiam. fortitudo ad quosvis conatus et gravissima belli discrimina durum imprimit, et ad illius exemplum militum animos ad pugnam accendit. Consilio vero multa quae natura impedita erat dux expediri: ideo Caesar definiit. Agen-

Minima Est Innovatorum consilio superare Quam Gladio.

Spaciosi Tempore

Troiani Belli Scriptor-

Dares scribit pugnatum fuisse apud troiam annis decem mensibus sex diebus vero duodecim: poetae vero numeri conficiendi causa decennale illud bellum vocare.

Ecce Jovis Monitu

Quartum Commemorat In-

gratos meritum Ulyssis cuius meminit Homerus secundo iliados cum enim Jupiter per somnum admonuisset ut toto exercitu cum troianis decertaret, futurumque esset ut victoriam adipisceretur Agamemnon ut suorum animos tentaret, ipsos ad concionem convocatos finxit se in somnis a Jove admonitum ut Graeciam cum toto exercitu repeteret ac troiam nulla ratione expugnari posse. quare cum omnes iam de fuga cogitarent ac suum in patriam reditum pararent Ulysses a proposito eloquentiae vi revocavit.

Quinta Fuga.

Fuga dare hostibus est
fugere quia romani milites pectore tantū
erant armati, lateribus vero ac tergo nudi.

In Luctum dolor.

Hoc dicit extenuandae oste-
ntationis gratia in dolori eloquentiae suo-
rum et copiam assignat quam ab ingenio suo
debere recipitur in quidam sapientissimorum
doloris sui loco saepe ex angustiis virorū
faucibus eloqui ut bene testatur Cicero epistola
secunda libri quarti ad Atticum Doloris
Magnitudo vim quandam nobis
dicendi dedit a quidam secto mitamor
& solum

Grandis doloris
Angustium est unicuique solatia nobis

Tersites Proteruus

Graecorum Omnium Loquacissimus et foedissimus quem Ulysses princeps graecorum proterue conuitiantem sceptro eburneo percussit, quemque sibi post hac oblatrantem achilles interfecerit. cuius deformitas ita fuit ut illa in prouerbium venerit, ita ut τερσου τειου πρόσωπον id est thersitis faciem habere dicatur qui valde deformis est.

Proteruia

Qui Obuium sibi aliquem factum proterit proteruus dicitur. Vnde et pro petulante usurpatur et horatius odes vigesima quinta libri primi Iuuenes proteruos dixit et ouidius libri quinti tristium elegia septima dixit. Castum verba proterua dixisse in Syladum.

Haud Contentus

Cum Ulysse et Dolone speculatore troiano Rhesum misisse regem auxilio troianis contra graecos advenisse ut urbem intrasse accepisset, castra statim ipsius adiit illumque cum cum omnibus fere comitibus vino laboribus defessos interfecit.

Ingredior

Currum et equos Rhesi

Intelligit quos somnus nimios esse fingit et a Nestore summa cum admiratione acceptos ubi obtulit ad triumphales equos et curru quibus romani victores vehi solebant alludit. Etenim in republica victores et Roma omnes sui triumphantes in quadrigis albis vehebantur. Testis Ovidius libro 1° de arte

Ergo erit illa dies qua tu pulcherrime rerum
Quatuor in niveis aureus ibis equis

Quid Licij

Preteritio est Oratoria

qua breviter, illorum [illegible] rerum maximè
ducum nomina exprimimus quos in bello
vita ac spiritu fortiter privavi.

Sunt Mihi

Vulnera

Militibus Cicatrices

quas ab hoste acceperant ostentare maximū
erat ornamentum apud antiquos. Sic Marius
apud Salustium in bello Jugurtino cuius
vitio dabatur generis novitas dixit in
oratione quam ad quirites habuit: Non
possum fidei Causa Imagines neque
triumphos aut consulatus. Maiorū
Meorum ostentare, at si Res postulet
hastas vexillum phaleras alia Militaria

Dona praticca cicatrices adverso corpore. Vulnera autem pulchra et honesta sunt quae in adverso corpore infliguntur, quod ea pugnando excepi videntur.